

# RIVISTA DIOCESANA TORINESE

*Periodico Ufficiale per gli Atti dell'Arcivescovo e della Curia*

**TELEFONI: S.E. il Card. Arcivescovo, n. 47.172 - Curia Arcivescovile n. 45.234**  
**Ufficio Amministrativo, n. 45.923**

## S O M M A R I O

	Pag.
<b>ATTI DELLA S. SEDE</b> . . . . .	135
Sacra Congregatio de disciplina sacramentorum.	
<b>LETTERA DI S. E. IL CARD. ARCIVESCOVO AL CLERO</b> . . . . .	146
<b>ATTI E COMUNICATI DELLA CURIA ARCIVESCOVILE</b> . . . . .	151
Nomine e promozioni - Sacre ordinazioni - Trasferimenti e destinazioni di vicecurati - Necrologio - Prestito della Rico- struzione.	
<b>DIARIO DI S. E. REV.MA IL SIG. CARDINALE ARCIVESCOVO</b> . . . . .	153
<b>Bibliografia</b> . . . . .	157

*Redazione della RIVISTA DIOCESANA: Arcivescovado*

*Amministrazione: Corso Oporto, n. 11 c - Torino*

**A b b o n a m e n t o a n n u o L. 1 3 0**

*Per l'istruzione Religiosa  
alla gioventù e al popolo.*

**Testi di Religione**

**BORLA e FERRERO - La Dottrina Cristiana** - Libri di classe. Con molte illustrazioni.

Classe 1 <sup>a</sup> elem., pag. 32 . . .	L. 16,-
Classe 2 <sup>a</sup> elem., pag. 64 . . .	L. 28,-
Classe 3 <sup>a</sup> elem., pag. 96 . . .	L. 40,-
Classe 4 <sup>a</sup> elem., pag. 128 . . .	L. 50,-
Classe 5 <sup>a</sup> elem., pag. 144 . . .	L. 55,-

**PAVANELLI - Fede mia, Vita mia.** Libri di classe per alunni.

— Corso elementare :

Classe 1 <sup>a</sup> , p. 48, con 35 illustraz.	L. 20,-
Classe 2 <sup>a</sup> , p. 72, con 44 illustraz.	L. 30,-
Classe 3 <sup>a</sup> , p. 104, con 45 illustraz.	L. 40,-
Classe 4 <sup>a</sup> , p. 144, con 45 illustraz.	L. 55,-
Classe 5 <sup>a</sup> , p. 144, con 36 illustraz.	L. 55,-
Classe 6 <sup>a</sup> , p. 160, con 40 illustraz.	L. 65,-

— Corso complementare :

1. <i>Il Credo</i> , p. 104, con 8 illustraz.	L. 45,-
2. <i>La Morale Cattolica</i> , pag. 144 con 10 illustrazioni . . .	L. 60,-
3. <i>La Grazia</i> , p. 128, 8 illustraz.	L. 55,-

**SOLERO - Luce vera.** Manuale di cultura religiosa per gli Italiani - 6<sup>a</sup> edizione aumentata, pag. 600 . . . . . L. 240,-

**Prima Comunione e Cresima**

**BORLA e FERRERO - Preparate i vostri cuori al Signore!** . . . . . L. 15,-

**FRANCO - Gli innocenti a Gesù** . . . . . L. 15,-

**Spiegazione del Catechismo**

**PERARDI - Nuovo manuale del Catechista** per l'insegnamento del Catechismo - Spiegazione letterale con applicazioni pratiche, 700 esempi, note apologetiche e liturgiche, aggiuntovi un catechismo missionario, di Liturgia e di Azione Cattolica. XX<sup>a</sup> edizione, pagine 716. L. 350,-

**La Dottrina cattolica.** Spiegazione morale, apologetica, liturgica con numerosi esempi.

1. <i>La Fede</i> , 3 volumi, pag. 1560 .	L. 750,-
2. <i>La Morale</i> , 2 volumi, pag. 1056 .	L. 500,-
3. <i>La Grazia</i> , 3 volumi (in preparazione).	

— Istruzioni catechistiche sulla Liturgia - pagine 360 . . . . . L. 225,-

**F. C. - Preparazione pratica e attiva alla prima Comunione**, con 50 epigrafi . . . . . L. 40,-

**RIVA - Corso di Catechismo attivo.** Guida didattica.

Classe 1 <sup>a</sup> elementare, pag. 140 . . .	L. 60,-
Classe 2 <sup>a</sup> elementare, pag. 224 . . .	L. 85,-
Classe 3 <sup>a</sup> elementare, pag. 320 . . .	L. 120,-

**MORTARINO - La scienza divina.** Istruzioni catechistiche.

1. <i>Dogma</i> , pag. 202 . . . .	L. 140,-
2. <i>Morale cristiana</i> , pag. 344 . . .	L. 160,-
3. <i>Mezzi delle grazia</i> , pag. 350 . . .	L. 160,-
4. <i>Liturgia</i> , pag. 288 . . . .	L. 140,-

**Pedagogia - Biopsicologia**

**PAVANELLI-VIGNA - Euntes, docete.** Manuale di pedagogia ad uso degli Insegnanti, del Clero e dei Catechisti, pag. 416 . . . . . L. 220,-

— **Opus fac evangelistae.** III e IV. Preparazione dei catechisti allo svolgimento dei programmi di insegnamento catechistico parrocchiale. 1 vol. e 7 fascicoli . . . . . L. 70,-

Separatamente :

— **Programmi di insegnamento parrocchiale.**

1. Classe preelementare . . . . .	L. 4,-
2. Prep. a 1 <sup>a</sup> Comunione e Cresima	L. 5,-
3. Corso elementare inferiore . . .	L. 5,-
5. La storia sacra . . . . .	L. 4,-
6. Corso complementare o medio	L. 10,-
7. Corso secondario . . . . .	L. 12,-

**BORSARELLI-SANCIPRIANO - Puericoltura e formazione spirituale del bambino.**

Vol. I. Fisiologia, p. 256 e 53 ill. L. 160,-

Vol. II. Pedagogia - Patologia - Assistenza sociale, p. 400 e 48 illustrazioni . L. 275,-

**CLARETTA - Scoutingo.** Principii informativi pedagogici pratici secondo il pensiero del fondatore Baden-Powell. In 16, con illustrazioni. L. 60,-

**D'ONOFRIO - Maestro!... La tua missione, i tuoi doveri, le tue virtù.** Pensieri, riflessioni, indirizzi . . . . . L. 60,-

**F. C. - Siamo giusti... siamo ragionevoli**, pag. 48 L. 15,-

— **Il Sacramento della Penitenza** . . . . . L. 15,-

— **La maledicenza.** Buono e cattivo uso della lingua, pag. 48 . . . . . L. 15,-

— **Compendio di vita cristiana** . . . . . L. 12,-

**Nozioni su l'orazione mentale** . . . . . L. 12,-

— **L'educazione in famiglia.** Consigli ai genitori e ai maestri, pag. 48 . . . . . L. 15,-

— **Insegnamenti tratti dal Vangelo**, pagine 48 L. 15,-

— **Formiamo il bimbo al soprannaturale, insegnagli a «precare»** . . . . . L. 15,-

**LAMBERTI - La catechista parrocchiale.** Brevi nozioni di pedagogia catechistica. Pagine 96 L. 40,-

**NEMORENSIS - 1. Formazione alla virtù.** Contributo alla educazione del carattere. Pag. 320 L. 120,-

2. **Gesù ha fatto così.** Gesù modello di pratica della virtù. II<sup>a</sup> parte di «Formazione alla virtù», pag. 256 . . . . . L. 90,-

**ROSA - Manuale di pedagogia catechistica** - 2<sup>a</sup> edizione riveduta e aumentata, aggiuntovi il Decreto «Provido», le disposizioni legislative e i programmi di insegnamento, pagine 208 L. 100,-

**SCOTTI - Lineamenti di biopsicologia pedagogica.** Biotipologia pedagogica - Igiene - Psicologia, pagine 212 . . . . . L. 120,-

# RIVISTA DIOCESANA TORINESE

PERIODICO UFFICIALE  
PER GLI ATTI DELL'ARCIVESCOVO E DELLA CURIA

**Telefoni:** S. E. il Card. Arcivescovo, N. 47.172 - Curia Arcivesc. N. 45.234  
Ufficio Amministrativo, N. 45.923 - Tribunale Eccles. Regionale, N. 40.903

## *Atti della S. Sede*

### **SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM**

#### I

#### DECRETUM

*De Confirmatione administranda iis, qui ex gravi morbo in mortis pericula sunt constituti.*

Spiritus Sancti munera sacramento Confirmationis conferri catholica doctrina proclamat. Hinc impensa Ecclesiae cura ut pueri, aquis baptismi abluti, tali reficiantur sacramento, quo superni Paraclyti charismata adipiscantur ad robur susceptae baptismō fidei adiiciendum, ut gratia amplitudine perfusi Christique militis charactere insigniti ad omne opus bonum instructi evadant ac renuntientur.

Licet explorati iuris sit Confirmationem ad animarum salutem de necessitate mediī haud requiri (can. 787 Codicis I. C.), ob eius tamen praecellentiam et ampla quae secumfert praeclara dona, omni ope est adnitendum parochis ceterisque pastoribus ut christianorum nemo, data occasione, tam excellens salutiferae Redemptionis mysterium negligat; quum admirabili sit adiumento ad acriter decertandum contra diaboli nequitiam, mundi et carnis illebras; ad gratiae virtutumque omnium in terris, gloriaeque maius incrementum assequendum in coelis (1).

Quamquam nihil intentatum relinquunt vigiles animarum rectores ut, quantum fieri potest, baptizati omnes hoc sacramento rite muniantur et quidem vix cum ad aetatem rationis participem pervenerint, scilicet circa setpennium:

(1) S. Thomas, p. III, quaest. 72, art. 8 ad 4.

quod profecto septennium antevertere licet, prout expresse cavitur canone 788, «*si infans in mortis periculo sit constitutus, vel ministro id expedire ob iustas et graves causas videatur*»; permultos nihilominus ex habitis hac de re rationibus constat pueros, utpote morti magis obnoxios, etiam multo antequam aetatem ratione utentem attigerint, ex hac vita sacro chrismate non delibutos decidere, praesertim hisce nostris temporibus post dirissimum belli flagitium; quod et de adultis non paucis, qui in puerili aetate variis de causis confirmari non potuerunt, cotidiana experientia testatur.

Hoc quidem incommodum praecavetur in Ecclesia Orientali, ubi mos est infantes, statim post receptum baptismum, confirmandi. Eadem disciplina in usu quidem erat primis Ecclesiae saeculis etiam apud Latinos, et adhuc servatur ex legitima consuetudine penes quasdam nationes: communis tamen lex Ecclesiae Latnae, in citato can. 788 recepta, statuit ut huius sacramenti administratio differatur ad septimum circiter aetatis annum, quo, aequa praemissa catechesis instructione, pueri uberiores sacramenti sortiantur effectus (2).

Porro ratio praecipua cur tam immodicus christicolarum numerus sine susceptione huius sacramenti de hac vita demigret, in eo est reponenda, quod iisdem in vitae discrimine constitutis ob Episcopi absentiam opportunitas non exhibetur hoc sacramentum suscipiendi.

Definitae doctrinae est solum Episcopum esse *ordinarium confirmationis ministrum* (3) (can. 782 § 1): proindeque Apostolica Sedes iupiter sedulo studuit, ut huius sacramenti collatio Episcopo, tamquam ius et officium ipsi proprium, quantum fieri potuisset, reservaretur. Haec vero S. Congregatio semper religiose cavit, ne detrimentum pateretur reverentia huic sacramento debita et offensionem piae plebis expectatio ob privationem personae Episcopi, neve illius administrationis conspicuus obfuscaretur splendor ac sollemnitas, qui decet, minueretur apparatus.

Ast, necessitate bonoque fidelium id flagitante, non semel Apostolica Sedes passim indulgere compulsa est, ut Episcopo, qui in certis rerum et personarum adjunctis haberi non posset, simplex sacerdos in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus sufficeretur, tamquam minister *extraordinarius* huius sacramentii (can. 782 § 2); qui congrua pompa eius administrationem perageret, praemonitis semper fidelibus Episcopum esse exclusivum ordinarium ministrum huiusce sacramenti illudque ab eo sacerdote conferri ex Apostolicae Sedis facultate (4), prout complura pontificia indulta luculenter ostendunt (5).

Ut igitur prospiciatur etiam spirituali conditioni tot infantium, puerorumque atque adultorum fidelium, qui ob gravem morbum in vitae discrimen

(2) Cfr. Instructio S. C. de Sacr. edita die Pentecostes (20 maii) 1934, pro simplici sacerdote sacr. Confirmationis ex Sedis Apostolicae delegatione administrante (A. A. S., vol. XXVII, p. 11 seq.); Instructio S. C. de Prop. Fide 4 mai 1774; Instructio S. Officii m. iuli 1888.

(3) Conc. Trident., sess. VII, *De confirmatione*, can. 3.

(4) Cfr. cit. Inst. S. C. de Sacr., III.

(5) Cfr. cit. Instr. S. C. de Sacr., I, n. 2; cit. Instr. S. C. de Prop. Fide; cit. Instr. S. Officii; Formulae S. C. de Prop. Fide.

adducantur, et certo certius mortem oppetant, quin sacro chrismate linantur, si observantia iuris communis quoad ordinarium ministrum adamussim urgeatur; necessarium visum est huic S. Congregationi remedium aliquod exquirere ac suppeditare hac gravissima de causa, ut tam notabili fidelium numero offeratur occasio Confirmationis suscipiendae.

Huius negoti momentum perpendens Ssmus D. N. Pius Papa XII, animarum saluti plenius consulere studens, prae maxima, quam gerit, sollicitudine universalis Ecclesiae, committere dignatus est huic S. Congregationi, pro sua potestate in hac solvenda quaestione, ut rem diligenter et impense expenderet in plenariis Comitiis, et resolutionem, quae opportuna sibi visa esset, Ipsi proponeret.

Sacra vero haec Congregatio, praehabitis votis plurium consultorum, doctrina prudentiaque praestantium, et ad trutinam revocatis insuper omnibus documentis et actis antea super disciplinam Confirmationis comparatis, totam rem sedulo examini subiecit Purpuratorum Patrum in pluribus Conventibus plenariis.

Mature autem perspecta, quae inde prodiit, sententia idem Summus Pontifex, in audiencia Excmo huius Sacrae Congregationis Secretario die 6 Maii 1946 concessa, huic sacro Dicasterio mandavit ut decretum ederet quod disciplinam de Confirmatione administranda in peculiaribus adjunctis supra expositis digereret iuxta leges ab Ipso certa scientia et matura deliberatione probatas atque benigne declaratas.

Apostolico mandato ideo fideliter obsecundans haec Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum praesentibus litteris, quae infra recensentur, statuenda decrevit :

1. — Ex generali Apostolicae Sedis indulto, tamquam ministris extraordinariis (can. 782, § 2) facultas tribuitur conferendi sacramentum Confirmationis, in casibus tantum et sub conditiotibus infra enumeratis, sequentibus presbyteris, isdemque dumtaxat :

a) parochis proprio territorio gaudentibus, exclusis igitur parochis personalibus vel familiaribus, nisi et ipsi proprio, licet cumulativo, fruantur territorio;

b) vicariis, de quibus in canone 471, atque vicariis oeconomis;

c) sacerdotibus, quibus exclusive et stabiliter commissa sit in certo territorio et cum determinata ecclesia plena animarum cura cum omnibus parochorum iuribus et officiis.

2. — Praefati ministri Confirmationem valide et licite conferre valent per se ipsi, personaliter, fidelibus tantummodo in proprio territorio degentibus, personis non exceptis in locis commorantibus a paroeciali iuris dictione subductis; non exclusis igitur seminariis, hospitiis, valetudinariis, aliisque omne genus institutis etiam religiosis quoquo modo exemptis (cfr. can. 792); dummodo hi fideles *ex gravi morbo in vero mortis periculo sint constituti, ex quo decessuri praevideantur.*

Si huiusmodi mandati Emisses iidem ministri praetergrediantur, probe sciant se perperam agere et sacramentum nullum confidere, incolumi praeterea manente statuto canonis 2365.

3. — Hac facultate uti possunt tum in ipsa episcopali urbe tum extra ipsam, sive sedes plena s.t sive vacans, dummodo Episcopus dioecesanus haberi non possit vel legitimate impediatur quominus Confirmationem per se ipse valeat conferre, nec aliis praestet sit Episcopus communionem habens cum Apostolica Sede, licet titularis tantum, qui sine gravi incommmodo ipsi suffici queat.

4. — Confirmatio conferatur servata disciplina per Codicem I. C. inducta et ad rem accommodata, nec non ritu adhibito ex Rituali Romano excerpto, quae fuse et ex integro infra transcribuntur : *gratis vero quovis titulo est conferenda.*

5. — Si confirmandi rationis usum sint assecuti, praeter statum gratiae, aliqua dispositio atque instructio requiritur ut fructuose hoc sacramentum valeant suscipere. Ministri igitur est pro singulorum aegrotorum captu eos edocere de his, quae scitu sunt necessaria, intentionem aliquam suscitando percipiendi hoc sacramentum ad robur animae conferendum. Curari autem debet ab his, ad quos spectat, ut si dein convaluerint, opportunis institutis circa fidei mysteria, naturam atque effectum huius sacramenti diligenter instruantur (6) (Cfr. can. 786).

6. — Ad normam can. 798, collati sacramenti adnotationem minister extraordinarius in paroeciali confirmatorum libro peragat, ibidem inscribendo nomen suum ac nomina confirmati (et si eius subditus non sit, etiam illius dioecesis et paroeciae), parentum et patrini, diem et locum, adiectis demum verbis : « *confirmatio collata est ex Apostolico indulto, urgente mortis periculo ob gravem confirmati morbum* ». Adnotatio facienda est etiam in libro baptizatorum ad normam can. 470 § 2.

Si confirmatus sit alienae paroeciae, quamprimum minister ipse de collato sacramento parochum confirmati proprium certiorem reddat per authenticum documentum, quod omnes notitias complectatur, de quibus supra.

7. — Ministri extraordinarii tenentur praeterea singulis vicibus statim ad Ordinarium dioecesanum proprium authenticum nuntium mittere collatae a se Confirmationis, additis adiunctis omnibus in casu concurrentibus.

8. — Ordinarii loci est ministros extraordinarios, de quibus supra, huius decreti praescriptiones meliore, quem censuerit, modo edocere, iisdemque singillatim explanare ut pares omnino inveniantur tam gravi negotio obeundo.

9. — Eiusdem Ordinarii loci officium est quolibet anno, sub initio anni proxime insequentis, *relationem* mittere ad hanc S. Congregationem de numero confirmatorum, necnon de ratione a ministris extraordinariis suae dictionis in tam praeclaro munere perfungendo adhibita.

(6) Cfr. S. Off., 10 apr. 1861 in Collect. S. C. de Prop. Fide, edit. a. MCMVII, vol. I, p. 663, n. 1213; Cathechismus Romanus, *De Confirmatione*.

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia Excmo Secretario huius Sacrae Congregationis die 20 Augusti 1946 concessa, decretum de quo supra approbare et Apostolica Auctoritate munire dignatus est, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentiōne dignis, minime obstantibus; mandavitque ut idem decretum, in *Actorum Apostolicae Sedis commentario officiali* edendum, vim legis habere incipiat a die 1<sup>a</sup> Ianuarii 1947.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 14 Septembris anno 1946.

D. Card. JORIO, *Praefectus*.

L. ♫ S.

F. Bracci, *Secretarius*.

## II

*Disciplina Codicis I. C. servanda in confirmatione conferenda vi huius apostolici indulti.*

1. — Sacerdos, cui facultas haec concessa fuerit, probe sciat sacramentum Confirmationis conferri debere per manus impositionem cum unctione chrismatis in fronte et per verba in pontificalibus libris ab Ecclesia probatis praescripta (can. 780).

2. — Hoc sacramentum, quod characterem imprimit, iterari nequit; si vero prudens dubium existat, num revera vel num valide collatum fuerit, sub conditione iterum conferatur (can. 732).

3. — Chrisma, quod huic sacramento administrando, etiamsi per presbyterum simplicem, inservit, debet esse ab Episcopo, cum Apostolica Sede communionem habente, consecratum feria V in *Coena Domini* proxima superiore; neque adhibeatur vetus, nisi necessitas urgeat. Mox deficiente oleo benedicto aliud oleum de olivis non benedictum adiiciatur, etiam iterato, minore tamen copia (can. 734, 781). Numquam vero licet sine chrismate Confirmationem administrare vel illud ab Episcopis haereticis aut schismaticis accipere. Unctio autem ne fiat aliquo instrumento, sed ipsa ministri manu capiti confirmandi rite imposita (can. 781 § 2).

4. — Presbyter latini ritus cui, vi indulti, haec facultas competit, Confirmationem valide confert solis fidelibus sui ritus, nisi in indulto aliud expresse cautum fuerit. Nefas est presbyteris ritus orientalis, qui facultate vel privilegio gaudent Confirmationem una cum baptismo infantibus sui ritus conferendi, eandem ministrare infantibus latini ritus (can. 782 §§ 4 et 5).

5. — Presbyter privilegio Apostolico donatus, obligatione tenetur sacramentum hoc illis, quorum in favorem est concessa facultas, rite et rationabiliter potentibus conferendi (can. 785 §§ 1 et 2).

6. — Quamquam hoc sacramentum non est de necessitate medii ad salutem, nemini tamen licet, oblata occasione, illud negligere; imo parochi current ut fideles ad illud opportuno tempore accedant (can. 787).

7. — Ex vetustissimo Ecclesiae more, ut in baptismo, ita etiam in Confirmatione adhibendus est patrinus, si haberri possit (can. 793).

8. — Patrinus unum tantum confirmandum aut duos praesentet, nisi aliud iusta de causa ministro videatur; unus quoque pro singulis confirmandis sit patrinus (can. 794).

9. — Ut quis sit patrinus, oportet :

1º Sit ipse quoque confirmatus, rationis usum assecutus et intentio-  
nem habeat id munus gerendi;

2º Nulli haereticae aut schismatica sectae sit adscriptus, nec sen-  
tentia condemnatoria vel declara<sup>o</sup>ria sit excommunicatus, aut infamis infamia  
iuris, aut exclusus ab actibus legitimis, nec sit clericus depositus vel degra-  
datus;

3º Non sit pater, mater, coniux confirmandi;

4º A confirmando eiusve parentibus vel tutoribus vel, hi si desint aut  
renuant, a ministro vel a parocho sit designatus;

5º Confirmandum in ipso Confirmationis actu per se vel per pro-  
curatorem physice tangat (can. 795).

10. — Ut quis licite ad patrini munus admittatur, oportet :

1º Sit aliis a patrino baptismi, nisi rationabilis causa, judicio mi-  
nistri, aliud suadeat, aut statim post baptismum legitime Confirmatio confe-  
ratur;

2º Sit eiusdem sexus ac confirmandus, nisi aliud ministro in casibus  
particularibus ex rationabili causa videatur;

3º Decimum quartum suae aetatis annum attigerit, nisi aliud iusta  
de causa ministro videatur;

4º Non sit propter notorium delictum excommunicatus vel exclusus  
ab actibus legitimis vel infamis infamia iuris, quin tamen sententia interces-  
serit, nec sit intedictus aut alias publice criminosus vel infamis infamia facti;

5º Fidei rudimenta noverit;

6º In nulla religione sit novitius vel professus, nisi necessitas urgeat  
et expressa habeatur venia Superioris saltem localis;

7º In sacris ordinibus non sit constitutus, nisi accedat expressa Or-  
dinarii proprii licentia (can. 796 et 766).

11. — Ex valida Confirmatione oritur inter confirmatum et patrinum  
cognatio spiritualis, ex qua patrinus obligatione tenetur confirmatum perpetuo  
sibi commendatum habendi eiusque christianam educationem curandi (can.  
797). Ex hac tamen cognatione spirituali non amplius oritur impedimentum  
ad matrimonium (can. 1079).

12. — Ad collatam Confirmationem probandam, modo nemini fiat praei-  
judicium, satis est unus testis omni exceptione maior, vel ipsius confirmati  
iusiurandum, nisi confirmatus fuerit in infantili aetate (can. 800).

13. — Presbyter qui nec a iure nec ex Romani Pontificis concessione fa-  
cultatem habens sacramentum Confirmationis ministrare ausus fuerit, suspen-  
datur; si vero facultatis sibi factae limites praetergredi praesumpserit, eadem  
facultate eo ipso privatus exsistat (can. 2365).

## III

*Ritus servandus a sacerdote vi huius apostolici indulti confirmationem conferente* (7).

*Cum tempus advenerit, quo sacerdos, utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, administrare Confirmationem aegrotanti in periculo mortis constituto intendit, saltem stola, si superpelliceum habere non possit, indutus, circumstantes admoneat, quod nullus alius, nisi Episcopus, Confirmationis ordinarius minister est; se vero collaturum esse illam iure per S. Sedem delegato. Cavere debet se coram haereticis aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.*

*Dein moneat patrinum (vel matrinam) ut ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, sive infantis, sive adulti.*

*Stans igitur versa facie ad confirmandum, iunctis ante pectus manibus, dicit :*

¶. *Spiritus Sanctus superveniat in te et virtus Altissimi custodiat te a peccatis.*

R. *Amen.*

*Deinde, signans se a fronte ad pectus signo crucis, dicit :*

¶. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit caelum et terram.*

¶. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

¶. *Dominus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

*Tunc, extensis versus confirmandum manibus, dicit :*

*Oremus.*

*Oratio.*

*Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) ex aqua et Spiritu Sancto, quique dedisti ei remissionem omnium peccatorum : emitte in eum (eam, septiformem Spiritum tuum Sanctum Paraclytum de caelis.*

R. *Amen.*

¶. *Spiritus sapientiae et intellectus.*

R. *Amen.*

(7) Cfr. *Rituale Romanum auctoritate Ssni D. N. Pii Pp. XI ad normam Codicis I. C. accommodatum; editio typica a. MDCCCCXXV.*

℣. Spiritum consilii et fortitudinis.

℟. Amen.

℣. Spiritum scientiae et pietatis.

℟. Amen.

Adimple eum (eam) Spiritu timoris tui, et consigna eum (eam) signo Crucis Christi, in vitam propitiatus aeternam.

Per eundem Dominum Nostrum Jesum Christum, Filiuum tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. Amen.

*Postea sacerdos inquirit de nomine confirmandi, et, summitate pollicis dexteræ manus Chrismate intincta, confirmat eum dicens :*

N. Signo te signo Crucis, quod dum dicit, imposita manu dextera super caput confirmandi, producit pollice signum crucis in fronte illius, deinde prosequitur : et confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

℟. Amen.

*Et leviter eum in maxilla caedit, dicens :*

Pax tecum.

*Sacerdos, postquam frontem confirmandi linierit sacro Chrismate, eam gossypio diligenter absterget.*

*Tergit postea cum mica panis, et lavat pollicem et manus super pelvem ; deinde aquam lotionis cum pane et gossypio in vase mundo reponat et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque proiiciat in sacrarium.*

*Post lotionem ab ipso sacerdote dicitur :*

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo Sancto tuo, quod est in Jerusalem.

℣. Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum.

℟. Amen.

*Et repetitur antiphona : Confirma hoc, Deus, etc.*

*Qua repetita, sacerdos stans versus infirmum, iunctis ante pectus manibus, dicit :*

℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

*Iunctis vero adhuc ante pectus manibus, dicit :*

Oremus.

*Oratio.*

Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos eorumque successores ceteris fidelibus tradendum esse voluisti; respice propitius ad humilitatis nostrae famulatum, et praesta, ut ejus cor, cuius frontem sacro Chrismate delinivimus, et signo Sanctae Crucis signavimus, idem Spiritus Sanctus in eo superveniens, templum gloriae suae dignanter inhabitando perficiat: qui cum Patre et eodem Spiritu Sancto vivis et regnas Deus, in saecula saeculorum.

R. Amen.

*Deinde dicit :*

Ecce sic benedicitur homo, qui timet Dominum.

*Et vertens se ad confirmatum, ac faciens super eum signum Crucis, dicit :*

Benedic te Dominus ex Sion, ut videas bona Jerusalem omnibus diebus vitae tuae, et habeas vitam aeternam.

R. Amen.

Nel « L'Osservatore Romano » del 31 sc. Ottobre è stato pubblicato un ampio e importante commento a questo Decreto, dovuto al Rev.mo Mons. Zerba, Sottosegretario alla S. C. dei Sacramenti: di tale commento è utile tener presente l'ultima parte che riportiamo:

#### *7. Parte dispositiva del Decreto*

La parte dispositiva del documento Apostolico è contenuta sotto i nn. 1-9. A salvaguardia peraltro e a tutela del diritto del Vescovo, quale unico ed esclusivo ministro ordinario del sacramento, il Decreto prescrive che resti ben fermo anche *in extremis*, spettare al Vescovo residenziale cresimare i moribondi, quando la sede sia piena ed esso non sia legittimamente impedito dal farlo personalmente: anzi, per sempre maggior rispetto all'ordine e alla dignità episcopale, se vi fosse a disposizione un Vescovo, anche solo titolare, in comunione con la Sede Apostolica, a lui spetta cresimare i moribondi in sostituzione del Vescovo residenziale mancante o impedito, se ciò non gli torni di notevole aggravio, e ai ministri straordinari, nominati dal Decreto, è vietato in tal caso valersi, pena la nullità, del loro mandato.

Il Decreto conferisce adunque per delegazione generale della S. Sede la facoltà a taluni ministri straordinari di dar la Cresima validamente e lecitamente ai fedeli che, senza averla prima ricevuta, venissero a trovarsi in grave pericolo di vita *a causa di malattia, da cui si preveda la morte.*

Per una chiara intelligenza del Decreto occorre ben distinguere nella sua parte dispositiva: a) *i ministri straordinari*, cui è conferita la facoltà di cresimare *in extremis*; b) *il soggetto e il territorio* su cui tale facoltà si esercita.

Quanto al primo capo, la facoltà è data ai seguenti ecclesiastici: 1) *ai*

*parroci*, che fruiscono d'un territorio proprio: sono quindi esclusi i parroci personali o famigliari, salvo che godano anch'essi di un proprio territorio, tenchè cumulativo; 2) *ai vicari*, di cui al can. 471, e cioè che esercitano la cura attuale delle anime con una congrua porzione di frutti loro assegnata dal Vescovo, in parrocchia di pieno diritto unita o a una casa religiosa o a una chiesa capitolare o a qualche persona morale; 3) *ai vicari economi* (can. 472), che sono cioè costituiti dall'Ordinario del luogo in una parrocchia appena essa si renda vacante, per il suo governo, con l'assegnazione d'una parte di frutti per il suo sostentamento; per questo capo sono perciò esclusi tutti gli altri *vicari*, di cui ai can. 474-476 e cioè il *sostituto*, l'*adiutore* e il *cooperatore*; sono inoltre esclusi lo stesso Vicario Capitolare e il Generale, a meno che siano Vescovi, essendo l'enumerazione del Decreto assolutamente tassativa; 4) *ai sacerdoti cui esclusivamente e stabilmente sia stata commessa in un territorio definito e con una determinata chiesa la piena cura delle anime con tutti i diritti e doveri dei parroci*. Sotto questo numero pertanto rientrano tutte le curazie, vicarie, succursali perpetue, in cui il titolare esercita la piena cura parrocchiale indipendente, e cioè tutte le funzioni parrocchiali con i pieni diritti e doveri relativi, ossia, in altre parole, dove assolve tutte le attribuzioni di parroco, benchè gliene manchi soltanto il nome.

L'esercizio di tale facoltà ai ministri elencati è strettamente *personale* e non può essere da loro demandata a chicchessia.

Come facilmente s'intuisce, il criterio che ha regolato la scelta dei ministri straordinari non è stato quello della dignità della persona o della carica ricoperta, bensì quello della persona che nella contemplata contingenza fosse il ministro praticamente più idoneo a conferire ai moribondi, insieme agli altri, anche questo sacramento.

Quanto al *soggetto* e al *territorio* su cui si esercita la facoltà è detto che la Cresima può essere conferita soltanto ai fedeli, adulti o no e anche infanti, degenti nel territorio proprio del ministro, non eccettuate le persone dimoranti in luoghi sottratti alla giurisdizione parrocchiale, quali ad es. ospedali, seminari, ospizi ecc., non esclusi gli istituti religiosi in qualsiasi modo esenti (can. 792): purchè, come si disse, detti fedeli per malattia, siano ridotti in vero pericolo di vita, per cui se ne preveda la morte. L'inadempienza anche d'una sola di queste condizioni coinvolge la nullità del mandato e quindi del sacramento, salva inoltre la pena sancita nel can. 2366.

E qui è da osservare: a) che l'indulto non è personale ma *territoriale* in omaggio al can. 8 par. 2, e cioè il sacerdote autorizzato può *valide et licite* cresimare tutti i fedeli, anche non sudditi, che *hic et nunc* si trovino nel suo territorio per qualsiasi titolo: domicilio, quasi-domicilio, residenza, o anche semplice dimora. Di conseguenza non può, per converso, né *licite*, né *valide* dar la cresima a un suo suddito dimorante per qualsiasi titolo fuori del suo territorio: all'uopo provvede il sacerdote autorizzato di quel territorio; b) la facoltà si estende quindi anche ai luoghi appartenenti ai religiosi di clausura pontificia; c) perchè la facoltà possa esercitarsi si richiede da parte del soggetto *simultaneamente*: 1) che sia in vero pericolo di vita; 2) che vi si trovi

per grave malattia, e non per qualsiasi altra ragione: ad es. l'imminenza della battaglia per il militare, o il caso d'incursione aerea, anche per il civile; 3) che il pericolo di vita sia tale da lasciar prevedere la morte. A questo riguardo, a scanso di scrupoli e titubanze, l'estimazione del grave pericolo deve farsi con criterio morale: praticamente quando il medico lo dichiarerà tale, ovvero quando il sacerdote, nella sua prudenza pastorale, crederà sia giunto il momento di amministrare gli ultimi sacramenti soliti a conferirsi ai moribondi: viatico ed estrema unzione. Le parole del Decreto «*gravi morbo... ex quo decessuri pravideantur*» equivalgono praticamente alle altre usate dal Codex in casi analoghi: «*urgente mortis pericolo*».

Il Decreto prosegue dicendo che per il conferimento della Cresima devesi osservare la disciplina contenuta nel Codex opportunamente adattata allo scopo e, per il rito, che sia osservato quello prescritto dal Rituale Romano, che esso riporta per intero nell'appendice: ciò che facilita il compito dei RR. Parroci. Dà poi altre norme per la preparazione del soggetto, giunto all'uso della ragione, per la fruttuosa recezione del sacramento, come pure accenna all'istruzione da impartirgli se il malato sopravvivesse alla sua infermità. Disciplina poi l'annotazione negli appositi registri del sacramento conferito, ordina la comunicazione da farsi ai rispettivi Ordinari e l'istruzione da impartirsi dagli Ordinari stessi a tali ministri straordinari per renderli idonei a tale nobile compito, e da ultimo prescrive che annualmente sia fatta alla S. C. dei Sacramenti una *relazione* dagli Ordinari sul numero dei cresimati e sul modo tenuto da tali ministri straordinari nell'amministrazione del sacramento.

Il Decreto entrerà in vigore il 1. gennaio 1947.

Sono queste le sage disposizioni innovative dell'importante documento pontificio, che consentirà così a un numero veramente cospicuo di fedeli, specie bambini, in procinto di passare dalla terra al cielo il ricevimento di così augusto sacramento, del quale ben scarsamente beneficerebbero sotto l'attuale regime giuridico.

Il suo conferimento in fin di vita, fatto anche da un semplice sacerdote, che sarà il parroco, non solo non susciterà ammirazione nei fedeli, ma sarà invece per loro motivo di edificazione nel vedere confortati da un altro prezioso carisma di nostra fede il transito dei poveri morenti dalle sponde del tempo a quelle dell'eternità. E' una nuova fonte di grazia che loro si dischiude, sono i magnifici doni del settemplice divino Spirito, che vengon loro conferiti, i quali renderanno più rutilante di gloria il serto onde il Signore recingerà perennemente la loro fronte beatificata.

Queste affrettate note saranno più ampiamente sviluppate in apposito *opuscolo* che lo scrivente si propone di pubblicare fra breve nell'intento di fornire ai RR. Parroci una guida pratica per l'amministrazione della Cresima ai moribondi a' sensi del Decreto ora soltanto sommariamente esaminato.

CESARE ZERBA

Sottosegr. della S. Congregazione dei Sacramenti

## *Atti Arcivescovili*

### Lettera di S. E. il Cardinale Arcivescovo al Clero

*Venerati Confratelli,*

Sono tornato stamane da Roma il cuore inondato dalle più soavi consolazioni. Era mio dovere portarmi alla eterna Città per compiere la visita *ad limina* prescritta dai sacri canoni, e nello stesso tempo per assolvere l'alto incarico di riportare a Torino la preziosa reliquia della S. Sindone.

Dopo aver pregato per me, per voi, per tutta l'archidiocesi sulle tombe dei Santi Apostoli Pietro e Paolo, dopo aver attinto dai loro esempi e dal loro sacrificio nuovo stimolo per continuare il mio apostolato in mezzo al gregge affidatomi dal Vicario di Nostro Signore, ho avuto il conforto venerdì 25 ottobre di essere ricevuto dal S. Padre nel Palazzo Pontificio di Castel Gandolfo.

La prima impressione avuta fu quella di constatare quanto già mi era stato assicurato, la piena salute del S. Padre. Il lavoro incessante, le quotidiane gravissime preoccupazioni di questi lunghi anni di guerra, il caldo snerbante dell'estate scorsa Lo avevano indebolito, per cui dovette cedere alle insistenze dei medici e ritirarsi a Castel Gandolfo. Non cessò tuttavia il suo quotidiano lavoro nel governo della Chiesa, ma l'aria ossigenata della collina Gli ritornò le forze e la salute. Grande esempio per noi, onde abbiamo a dare tutte le nostre energie, ciascuno nel suo campo di lavoro, per compiere la missione affidataci.

Il S. Padre si interessò vivamente di Torino, delle varie questioni prospettateGli, e nel congedarmi insistentemente mi pregò di portare a tutti Canonici, Parroci, Sacerdoti, Religiosi e Religiose, ai Chierici e seminaristi, a quanti lavorano nel campo dell'Azione Cattolica, ai fedeli tutti dell'archidiocesi la sua Apostolica Benedizione. Incarico ben gradito, che io mi affretto ad assolvere, coll'impegno che tutti pregheranno perchè il Signore conservi a lungo a noi ed alla Chiesa la preziosa esistenza del S. Padre Pio XII.

\* \*

